Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

[F]ide domini mei ihesu christi misericordia confisus
sum: si qua volueris penarum gene
ra exercere. exerce. Corpus quidem
meum poteris tormentis affligere. anima
autem mea in christo fundata. ab eius
angelis in paradiso collocabitur. Nam
deos tuos qui sine anima sunt. sine au
ditu et sine visu: sine gressu nun
quam adoro. Hec audiens sevastus
preses. iussit eum extendi: et ner
vis crudis cedi. Cumque cederetur beatus
hermachoras episcopus: aspiciens in celum
dixit. Gratias tibi ago deus altis
sime pater domini mei ihesu christi: quia
cum sim indignus. iubes me ad statum
tuam deitatem pervenire et pietatem.
Tunc preses iussit clamare ad eum
Accede sacrifica diis. nam incipies
peioribus penis torqueri. Sanctus
episcopus dixit. Erubesce cum patre tuo
diabolo. qui ab initio confusus a ser
vis dei est superatus. Jam semel et
sepius tibi dixi. quia demonibus vestris
nunquam sacrificabo. Audiens hec
sevastus preses. palluit ex nimio furo
re. et dixit ad eum. Per deos magnos
quia sic te interficiam. ut nec sepulture
corpus tuum tradatur. Tunc sanctus herma
choras subridens ait. Verum est quod
in sancta scriptura est lege: quia in malivolam
animam non introibit sapiencia.
Audiens hec preses. iussit eum in eculeo
suspendi: et pectus eius ungulis radi.
Postea precepit laminas ferreas can
dentes eius pectori imprimi: et lam
pades ardentes et lateribus appli
cari. Et cum hec fierent. sanctus dei
martir pendens in ligno. hymnum
canebat domino dicens. Deus in ad
iutorium meum intende: domine ad ad
iuvandum me festina: et confundantur
omnes qui ostendunt servis tuis
mala: et conterantur ab omnipotencia
tua. et virtus eorum conteratur. Videntes
autem populi eius magnam constanciam.
exclamaverunt dicentes. Magnus
est deus christianorum. sine ulla causa tor
mentatur vir dei. Non quiescit die
ac nocte confortare populum suis sanctis
monitis. Nichil inique gessit: pro
qua hec patitur causa. Tunc consuli
sacerdotes deorum: dixerunt presidi. Vel
nunc manifestissime vides quod
antea diximus: quoniam magica arte
omnem seducat populum a diis immorta
libus. Tunc iratus preses iussit eum
de eculeo submitti. et in carcerem re
cludi propter populi sedicionem. Cumque
recluderetur in carcerem. orationem ad do
minum effundebat dicens. Deus
excelse et bene adorande: qui filium
tuum dominum nostrum ihesum christum servili for
ma indutum. ad terram de celo sancto tuo
venire iussisti. ut nos de servitutis
iugo liberares: respice hunc agonem
et permitte me perseverare usque in finem.
et pro tuo nomine consumari: quoniam in te
confidens non timebo mala. quia tu me
cum es qui regnas in secula seculorum
amen. Et cum orasset hanc orationem
subito lumen nimium refulsit in car
cere. et odor suavis replevit carcerem.
Quo viso custos carceris nomine
poncianus. aperta interiori ianua car
ceris. ipsoque orante procidit ad pedes
eius. et provolutus deprecabatur dicens.
Deprecor te per nomen dei tui. qui tantam
tibi claritatem concessit in tenebris:
ut miserearis mei misero. et ad dei tui
agnicionem me perducas. ut per te liber